

1.

Erzbischof Konrad [III.] von Salzburg bestätigt dem Stift Reichersberg die von seinen Vorgängern Konrad [I.] und Eberhard [I.] gemachten Schenkungen, namentlich die der Zehnten in den Pfarren Pitten und Bromberg mit Ausnahme des den Pfarrern zustehenden kanonischen Anteils.

1179 Februar 10, - .

Or. Reichersberg StiftsA: U 21 (A). — Abschr. 2. H. 12. Jh. im "Liber delegatorium" ebenda: Hs. 55 fol. 33^v-34^v (B).

Mon. Boica 3 (1764) 477 Nr. 124 aus B. — UBLOE 1 (1852) 360 Nr. 135 aus B. — UBLOE 2 (1856) 355 Nr. 246 aus A. — SUB 2 (1916) 574 Nr. 417 aus A.

Reg.: Meiller, RAS (1866) 132 Nr. 24.

Die Textgestaltung erfolgte unter weitgehender Benützung der genannten Vorurkunde des Erzbischofs Konrad I. von 1144 (s. Nr. Rei 3), wobei sich ein gewisser Einfluß einer Papsturkunde (Ankündigung der namentlichen Anführung des Besitzes, Rota vor der Unterfertigung des Erzbischofs) bemerkbar macht, wohl in der Kanzlei des Ausstellers. Die Ausfertigung besorgte der in der Datierung genannte erzbischöfliche Protonotar Rüdiger.

‡ In nomine sancte et individue trinitatis. Chunradus dei gratia Salz ‡ burgensis ecclesie archiepiscopus apostolicę sedis legatus. Cum universis deo famulantibus in suis petitionibus benignum prebere debeamus assensum, his profecto, qui temporalibus rebus abrenuntiantes apostolicę conversationis normam assumpserunt, ampliori benivolentię affectu nos fovere convenit et honorare. Hinc est, quod ad imitationem venerandę memorię predecessorum nostrorum Chunradi senioris et domni Eberardi^a archiepiscoporum pauperibus Christi, relligiosis^a scilicet viris Richerspergensis ecclesie fratribus, in suis postulationibus sanctę conversationi debitum prestantes assensum ea, que ex liberalitate predictorum decessorum nostrorum eis collata sunt, nos quoque auctoritate, qua fungimur, ipsis concedimus, quo oportunius Rachelis¹ frui valeant officio. Inter ea vero, que a decesoribus nostris eis collata sunt, hec specialibus vocabulis exprimenda duximus: In parrochia * Putina omnes decimas, excepta * canonica portione * plebani, quam eidem plebano indiminutam volumus in perpetuum permanere, et exceptis decimis vinearum in eadem parrochia positarum. * Totam quoque decimam parrochie * Pramperc * tam de vineis quam de agris vel de aliis rebus iure nobis persolvendam, excepta canonica portione sacerdotum * illic perpetuo constituendorum. Et quia eadem parrochia de adiacenti silva Putinensi pre^bante domino * ampliari a loco, qui dicitur Putin^vOe usque ad terminos^c Ungarorum et usque ad montem Hartperc in predio comitis Ekeberti crescentibus ibidem novalibus, hoc statuimus et stabiliter in posterum conservari volumus, ut omnia novalia, que in prefata silva * intra terminos presignatos exquisita vel exquirenda parrochie * Pramperc continuabuntur vel in parrochias novas formabuntur, in eadem constitutione permaneant, ita videlicet, ut exceptis debitis portionibus sacerdotis plebani decime omnes vinearum,

frugum et animalium persolvantur ad predictam ecclesiam cum integra iusticia nostro iuri debita et ad nostram dispensationem pertinente secundum scita canonum, quibus monemur curam habere pauperum. Ut autem hec nostre dispensationis pia constitutio nulla impietatis machinatione violetur, sed in perpetuum firmiter conservetur, sigillo nostro hanc paginam communitam roboramus. Si quis igitur contra eam agens temere tercio commonitus non resipuerit, ira² dei maneat super² ipsum in³ interitum carnis, ut spiritus salvus³ fiat per penitentiam, sine qua, si defunctus fuerit, de perpetrata iniquitate se reum cognoscat in tremendo examine iudicis cuncta⁴ cernentis⁴.

(R.)^d Ego^e Chunradus sancte Salzburgensis ecclesie humilis minister Sabinensis episcopus et apostolicę sedis legatus ss.

Ego Henricus Salzburgensis monasterii sancti Petri abbas ss.^f

Ego Iohannes Garzensis prepositus ss.^g

Ego Fridericus decanus maioris ecc[lesię S]alzburgensis^h ss.^f

Ego Meingotus prepositus Pouburgensis ss.^g

Ego Rudolfus Chiemensis prepositus ss.^f

Ego Wernherus Secowensis prepositus ss.^g

Egoⁱ Menhardus ss.^f

Ego Adlbertus^a custos et canonicus Salzpurgensis ss.^g

Ego Heinricus presbiter et canonicus Salzpurgensis ss.^f

Ego Perhtoldus diaconus et canonicus Salzpurgensis ss.^g

Ego Ludewicus presbiter et canonicus Salzpurgensis ss.^f

(S.)

Acta sunt hec multis coram astantibus nobilibus laicis et ministerialibus, quorum nomina ex parte subnotavimus: Otto iunior palatinus et frater eius Fridericus, Chunradus comes de Pilstein, Walchunus comes de Stein, Wilhelmus de Wageneberge, Starchandus de Mërre, Liupoldus de Walde.

Ego^k Rudegerus prothonotarius curię Salzpurgensis anno ab incarnatione domini M C LXXVIII^o, IIII idus februarii, ex mandato domni Chunradi archiepiscopi Salzpurgensis apostolicę sedis legatus hanc paginam conscripsi.

Das auf der Rückseite mit einem Pergamentstreifen eingehängte Siegel aus naturfarbenem Wachs, rund, stark beschädigt, dadurch Siegelbild und Umschrift nicht mehr erkennbar.

^{a)} A ^{b)} A, richtig prestante B ^{c)} os verb. aus or(um) A ^{d)} Kreis mit eingezeichnetem Kreuz, in dessen Winkeln deus adiuva me ^{e)} nahezu alle Unterschriften mit gleicher Tinte von der Hand des Kontextschreibers in zwei Kolumnen ^{f)} in der rechten Kolumne ^{g)} in der linken Kolumne ^{h)} durch Lücke in der Faltung beschädigt ⁱ⁾ diese Unterschrift eigenhändig ^{k)} davor ein Abschnittszeichen

1) vgl. zu dieser Stelle Jer. 31, 15

2) ira – super Joh. 3, 36

3) in – salvus vgl. 1. Cor. 3, 5

4) cuncta cernentis vgl. Est. 16, 4.